

moribus ornatam, et eiusdem civitatis viri maiores et minores prudentes et sapientes et pacificos unanimes, statuit et in¹ sedem suam firmavit, magnifice et decenter a maioribus et minoribus receptus. Cognoscentes autem eiusdem civitatis incole Peucentium virum sapientem et prudentem, ipsum dominum et rectorem eiusdem urbis fecerunt et constituerunt. Quam per tredecim annos in pace et tranquillitate rexit et gubernavit. Die vero ascensionis Domini de hoc seculo migravit; que civitas postea dicta est Peucentia² ab eodem Peucentio, posita iuxta flumen Padi. Est enim Padus³ Italiae fluvius a iugis Alpium fusus, ex tribus fontibus⁴ oritur, ex quibus uni vocabulum est Padus, qui diffusus in medium⁵ stagni amnem sinu⁶ digerit, a quo et Padus est nuncupatus. Hic a Grecis primo Eridanus cognominatus ab Eridano Solis filio, quem Feconta⁷ dicunt, qui fulmine⁸ percussus in eodem flumine deiectus est et extinctus. Augetur autem ex ortu Canis liquescentibus nivibus. Et cum accessione XXX fluminum circa Ravenam in Adriaticum mare defertur. Oritur namque Padus in Alpenino monte. Alpeninus⁹ appellatur quasi Alpes Punice¹⁰, quia Anibal veniens ad Italiam easdem Alpes aperuit; unde et Virgilius¹¹: *Alpes imittit apertas*. Has enim Anibal post bella Hispanie aceto rupit; unde Iuvenalis¹²: *et montem rupit aceto*; et inde montes illos, quos¹³ *f. 25^a. rupit, Alpenine¹⁴ *Alpes vocantur; et fines Gallorum extenduntur etiam¹⁵ usque in Tusciam.

Manto¹⁶ Tyrexie filia Thebanensis post Thebanorum ruinam delata fuit¹⁷ in Italiam; Mantuam dicitur condidisse. Est¹⁸ autem in Panonia¹⁹, que [et²⁰] Galia Cisalpina, et dicta Mantua ab ipso Manto²¹, ex eo quod in naves tueantur²².

Quatuor sunt genera bellorum, id est iustum et iniustum, civile et plus quam civile f. 25^c. initur fodus pax. Aus Isid. Etym. XVIII, 1.

1) Nach anderen Stellen unten sollte es scheinen, dass 'ea' ausgefallen ist. 2) Das ist natürlich Piacenza. Nach Isid. Etym. XV, 1, 58, p. 205 soll Calabrien ehemals von einem Peucetius 'Peucetia' genannt sein. Daher hat Codagnellus ohne Zweifel diesen Namen. Dasselbe hat Galv. Flamma c. 15, p. 549. 3) Dies bis 'mare defertur' wörtlich aus Isid. Etym. XIII, 21, 26, p. 138. 4) Fehlt Hs. 5) 'modum' Isid. 6) 'sini' Hs. — 'dirigit' Isid. 7) 'Phaetontem' Isid. 8) 'flumine' Hs. 9) Dies bis 'Alpes vocantur' wörtlich aus Isid. Etym. XIV, 8, 13, p. 186 mit den beiden Citaten. 10) 'Paeninae' Isid. 11) Aen. X, 113: 'Alpes imittit apertas'. 12) Sat. X, 153. 13) 'loca illa quae' Isid. 14) 'Paeninae' Isid. 15) 'na' Hs. 16) Dies bis 'tueantur' wörtlich aus Isid. Etym. XV, 1, 59, p. 205. 17) Fehlt Isid. 18) 'Et' Hs. 19) 'Venetia' Isid. Unter 'Panonia' versteht Codagnellus seltsamer Weise stets Venetien, wie hier und aus den Fabelgeschichten weiter unten erhellt. 20) Fehlt Hs. 21) 'ab i. M.' fehlt Isid. 22) So die Hs.; 'quod manes (Variante: 'inanes') tuctur' Isid.